Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-540266-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-540266-p0002-4

810.

*I. N. J.*

# DISPUTATIO JURIDICA

# POSITIONES QVASDAM FORENSES

Exhibens

*Qvam*

Conſentiente Magnifico JCtotum Ordine

PRÆSIDE

*VIRO, NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO atq́; CONSULTISSIMO*

DOMINO

GODOFREDO STRAUSSIO,

Philoſ. & J.U.D. Anteceſſore Witteb. Celeberrimo, Sereniſſ. Elector. Saxon. & Princip. Serveſt. Conſiliario Splendidiſſimo, Curiæ Elector. Scabinatus & inclytæ Facultatis Juridicæ Aſſeſſore graviſſimo &c.

*Dn. Præceptore ac Promotore ſuo æternum devenerando, ſuſpiciendo*

In Auditorio JCtorum

Ad d. 19. Martii M. DC. LXXXIV.

*Publicè defendet*

Gottfried Kirmeſſer / Freib. Miſn. NP.C. & Elector. Alumn.

*L[iteris] Viduæ* BRININGIANÆ. *Excudebat* ANDREAS Ball.

1684 15

18

53.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-540266-p0003-9

CURIÆ ELECTORALIS WITTENBERGENSIS
PRÆSIDI & SENATORIBUS SPLENDIDISSIMIS,
VIRIS
*Illuſtribus ac Generoſiſſimis,*
DN. Johann Chriſtian ab Arnimb/
in Prezſch/ Zichau/ Saufeldt &
Damrohda &c.
DN. Wolff Heinrich Löſern/
in Aals & Hartmannsdorff/ Electoratus Saxonici Marſchallo hereditario & in Circulo Electorali Cenſuum Antiſtiti maximo &c.
DN. Krafft Burckhardt à Bodenhauſen
in Radieß & Worffingeroda &c.
DN. Dietrich Schicken/ in Queß ꝛc.
Dynaſtis.
*Dominis & Patronis meis Optimis, Maximis.*

Specimen hoc juridicum ac forenſe

*humilimè devotiſſimèq;*
*offert*
RESPONDENS.

JESU JUVA!

## Poſit: I.

SI apoſtoli in ſchedula Appellationis non fuerint inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè petiti, nec deinceps judex de iis extradendis ſeparatim fuerit imploratus, appellatio evadit deſerta. α

α Debent enim apoſtoli juxta diſpoſitionem juris civilis peti inſtanter & ſæpius L. un: §. 2. ff. de libell. dimiſſor. L. 18. C. de Appellat: Quod & jure canonico perinde ita exigigitur in cap: qvamvis 2. de Appellat: in Clement: ubi inſimul ratio adjicitur, quod appellationi ſuæ appellans renunciaſſe intelligatur, niſi intra præſtitutum terminum congruo loco & tempore inſtanter & ſæpius, ſaltem uno contextu â judice apoſtolos ſibi dari petat. Carpz. in Proc. tit. 18. art: 3. n. 60. Lautterbach. in Compend. Jur. Civ. tit: de Appellat: Lit: K. Amadæus Eckolt: tit: de libell. dimiſſ. §. 1. Colleg. Argentor. ad d. t. th. 9. Nec movet nos in contrarium nova Reſol: gravam. de anno 1661. Tit: Juſtitien Sachen §. 29. Ubi Judex à qvo appellatum fuit intra menſis ſpatium appellanti certum diem ad accipiendos apoſtolos præſtituere jubetur, & ſi id omittat certæ pœnæ obſtringitur. Exinde enim diligentiæ & ſolicitudini appellantis nihil qvicqvam derogatur, neq; ipſe exinde à deſertionis pœna excuſatur.

## *Poſit: II.*

**In pagis & caſtris nemini vendere vinum incolis vel villis adjacentibus (α) & ne qvidem Nobilibus (β) vel Paſtoribus (γ) licet. (δ)**

(α) Vid. Carpz. part. 2. Conſt: 6. Def. 4. n. 1. Mercimonia enim civitatibus propria citra privilegium vel præſcriptionem incolis pagorum non ſunt indulgenda. Videatur Ordinat. provinc. D. Auguſti de anno. 1555. Tit: Brauen/Schencken und andere bürgerliche Handthierung auffn Lande &c. Reſol. gravam: de anno 1612. tit: Juſtitiē Sachē §. 26. & de anno. 1661. tit: Juſtitiē Sachē §. Welcher Geſtalt zum hundert und achtzehendē &c. ibi. Und weil eingelangtē Klagen nach das unbefugte Meltzen Brauē / Bier und Wein-Schenckē hin und wieder auff dē Lande / aller Straffgebohtē ungeachtet/ fortgeſetzet werdē will/So tragen wir und unſerer Brüder Ld. Ld. Ld. Darob ein ungnädiges Mißfallen &c. Qvæ Sanctio qvoad civitatem Cygneam in ſpecie repetitur & declaratur in Reſolut: Gravam: cit. l. §. 101. his verbis: Als ſich mehr erwehnter Rath zu Zwickau in Unterthänigkeit beſchwehret / daß zuwieder der promulgirten Landes Ordnung/ und ihren erhaltenen Privilegien ſich etliche auff dem Lande im Ambte Zwickau und deſſen Bezirck der Stadt zum groſſen Nachtheile unterſtehen/ ſonderlich auff Kirchmeſſen und Kindtauffen ungeſcheuet in ziemlicher Menge Wein zuſchencken / und ihnen hierdurch allen Zugang zu Erhaltung des gemeinen Stadt Weſens zu entziehen / &c.

(β) Nobiles enim jam olim pernicioſum urbibus mercimonium exercere prohibentur, L. Nobiliores 3. C. de Commerc: & mercat: conf. Carpz. p. 2. Conſt: 6. def. 4. n. 3. ſeqq. Id quod in noſtro foro minus habet dubii propter ſanctionem D. Elect: Mauritii repetitam & renovatam à D. Auguſto Electore in cit: Ordinat: Provinciali de anno 1555. Tit: Brauen

Schen-

Schencken &c. hiſce verbis: Als thun wir dieſelbe hiermit verneuern/ und befehlen demnach ernſtlich/ daß ſich ein ieder Prælat, Graff/ Herr oder von Adel/ auch die Bauren und andere auf den Dörffern ſolcher Bürgerl. Nahrung gäntzlich enthalten und zu Verderbung unſerer Städte nicht Urſach geben ſollen. Firmat hanc aſſertionem Reſolut: gravam: cit: l. §. 102 ubi hæc leguntur: Eben auff dieſe Maaße beklaget ſich auch die Stadt Colditz/ daß etliche von Adel in ihren Ritterſitzen Wein einlegen und verzapffen. Wann dann Ihnen eine ſolche Handthierung Keines Weges/ wie oben mit mehrern erwehnet/ zukömmet. &c.

(γ) De paſtoribus iterum planus eſt textus in articul. general. D. Auguſti de anno 1580. Ar: 16. verſ: Es ſollen auch die Pfarrer ſich aller unehrlichen Handthierung/ wie auch des Weins und Bierſchenckens &c. Gäntzlich enthalten. & verſ: Allein/ daß ſie nicht ſchencken/ Zeichen ausſtecken oder Gäſte zur Zeche im Hauſe ſetzen &c. Cui ſalutari tamen diſpoſitioni paſſim obviam eunt Paſtores pagani haud pauci.

(δ) Vix ergo pòterit ſubſiſtere Carpzovii ſententia part: 2. Deciſſ. 104. qvi privilegium civitatis de non vendendo cereviſiam extraneam intra milliare non nocere ei, qvi cauponam inſtituere vinariam ac vinum ibidem vendere velit, ſtatuit. Nam & hac ratione qvæſtus civicus agitaretur, à qvo ruri habitantibus juxta ſanctiones Electorales ſupra memoratas meritò eſt abſtinendum.

## *Poſit: III.*

**Si Pater liberis bona immobilia reliquerit & major ex iis ad diviſionem provocet (α) ceſſant requiſita quidem alienationis rerũ pupillariũ (β) vel minorum (γ) debet tamẽ de provocatione illa ſe-**



paratim

paratim & extra contractum ſuper alienatione initum præciſe conſtare (δ) & tutoris vel curatoris autoritas interveniſſe. (ε)

(α) Id qvod jura majori facere permittunt, adeò ut tum decretum magiſtratus haud deſideretur. L. inter omnes 17. C. de Præd. & al. reb. min. ſin. decr: non alien. & arg. L. 7. pr: de Reb. eor. qvi ſub tut: vel cur. Perez. ad d. t. C. num. 4.

(β) Bona ſcil. pupillaria & minorum jure alienari à tutoribus vel curatoribus haud poſſunt: niſi certis reqviſitis intervenientibus. Deſideratur verò (1) ut juſta ac neceſſaria alienationis cauſa ſubſit L. 6. L. 12. C. de Præd. & al. reb. min. qvalis eſt æs alienum urgens L. 5. §. 6. in fin: ff. de reb. eorum qvi ſub tut vel cur. Ut verò de ea eô certius conſtet, debet (2) accedere cauſæ cognitio L. 6. L. 11. C. de Præd. & al. reb. min. qvâ fini Prætor convocare conſangvineos itemq; inſpicere inventarium ſolet. L. 5. §. 9. 10. 11. 12. 13. ff. de reb. eorum qvi ſub tut. vel cur. Et (3) deniq; decretum judicis competentis ſive domicilii ſive rei ſitæ ſit, exigitur d. L. 6. & 12. C. L. 5. §. 12. de Reb. eorum qvi ſub tut. vel cur. Conf. Struv: ad dict. tit: theſ. 84. Lautterbach. in Comp. jur. civ. ibid. Lit. R. Eckolt. ad eund. tit. §. 2.

(γ) Per clarum textum in dict. L. 17. C. verb. nam ad diviſionis cauſam provocante tantummodo majore ſocio, ejus alienationem & ſine decreto fieri, jam pridem obtinuit. Habetur enim tum diviſio & alienatio prædiorum pupillarium vel minorum pro neceſſaria indeq; hæc decreto non indiget. Videatur Colleg. Argent. ad dict. tit: de reb. eorum qvi ſub tut: &c. theſ. 7. n. III.

(δ) Nec ergo ſufficit, ſi in inſtrumentento ſuper diviſione ſuſcepta rerum pupillarium memoretur, qvod major ad diviſionem provocaverit & hinc eandem fieri oportuerit; ſed præciſè de provocatione illa antecedanea & ſeparatim facta conſta-

conſtare & hæc diſertè doceri & demonſtrari debet.' Id qvod haud obſcurè elicitur ex d. L. 17. C. ubi provocatio ad diviſionē ſupponitur & ab ipſa alienatione & contractu deinceps inſecuto diſertè diſtingvitur. Quorſum reſpicere videtur Franciſcus de Caldas ad Typum inſtrumenti Empt: Vendit: cap: 13. n. 12. qvando tradit: *dividere hæreditatem minorem non poſſe citra decretum, niſi à ſocio antea ſcil. ad diviſionem provocetur.* Atq; hinc judiciis pronuntiari ſolet: Würde Cläger / daß die Provocation zur Diviſion abſonderlich und außer dem Contracte geſchehen / beybringen / Inmaßen Ihme binnen Sächßl. Friſt zu thun oblieget / So erginge in der Sache ferner was recht iſt.

(ε) Non ſolum, ut mutuæ adjudicationes dominii q; translationes qvæ per diviſionem fiunt, ſubſiſtant; ſed etiam ut innoteſcat qvanta portio cuilibet contingat, & ne qvis plus ultra competentem ſibi portionem auferat conf. Carpz. part. 2. Deciſ. 121. n. 6. 7.

## *Poſit: IV.*

**Petens reſtitutionem in integrum contra factum procuratoris (α) hunc ante omnia excutere tenetur, (β) nec prius & antequam id fecerit ſuper illa Sentenſia fertur. (γ)**

(α) Deſidioſum ſcil. & qvod domino admodum præjudicat, utpote ſi poſt latam ſententiam adverſam non appellaverit vel leuterationem interpoſuerit procurator: qvod tamen facere poterat L. 2. an per al. cauſ. app. redd. deb. imo debebat L. invitus 17. C. de Procur. & hinc nec dominus decendio qvippe præterlapſo ulteriùs audiatur L. 1. § ult: Qvand. appell. vel etiam ſi terminum probatorium præterlabi paſſus fuerit

erit & inde dominus probatione excludatur. &c.

[β] Competit enim domino contra procuratorem regreſſus; Siquidem hic iſti ob culpam omnem actione mandati tenetur, L. 11. L. 13. L. 21. C. mand. Jam principium indubitatum eſt, quod quamdiu locum habet ordinaria actio qualis ex contractu mandati eſt, tam diu remedium extra ordinarium utpote ipſa reſtitutio in integrum, vid. Hahn: tit: de Reſtit: in integrum num. 5. in fin. locum ſibi vindicare non poſſit. L. 16. pr: de Minor. L. 9. pr: de edend. ubi ad ipſam mandati actionem id applicat ICtus.

(γ) Sed potius interloqui judex ſolet forte hunc in modum: Daß die geſuchte Reſtitutio in integrum noch zur Zeit nicht ſtatt hat. Es bleibet aber beklagten ſeinen mandatarium Licent. N. gebührend zubelangen / unbenommen / und ergehet darauff und wenn Er Jhn ausgeklaget disfals oder ſonſt in der Sache ferner was Recht iſt / V. R. W. De cætero quod excuſſo mandatario competat domino adverſus factum mandatarii in integrum reſtitutio dubitari hodie amplius non debet. Quamvis enim juri civili doctrina hæcce minus convenire videatur: ſiquidem in L. 10. C. de Procurat. absque diſcrimine utrum procurator ſolvendo ſit vel non, dolum & culpam procutatoris domino nocere diſerte adſtruitur, & in L. 13. §. fin. C. de Judic. reſtitutionis beneficium in hoc caſu minoribus per ſpeciale privilegium indulgetur, ex quo ſatis apparet, quod juris conſtitutio in contrarium ſit, vid. Amadeus Eckolt. tit: de Procur. §. 12. Bachov. ad Tr. Vol. 1. Diſput. 9. θ. 12. & in πρῶτ. tit: de Procur. c. 5. n. 1. Ludvvel ad Weſemb. eod. tit. n. 8. verſ. per injuriam; tamen quod domino læſo ob factum procuratoris tali caſu ex clauſula generali in integrum reſtitutio concedatur, in Praxi expeditum eſt, vid. Eckolt. c. l. Carpz. p. 1. Conſt: 1. Def. 23. & lib. 3. Reſp. 4. n. 5. & 6. Chriſtinæus Belgic. Decis. Vol. 2. Deciſ. 109. num. 10. ſeqq. Gail. lib. 1. Obſ. 45. Mævius p. 5. Dec. 207. Berlich. part. 1. Concl. 49. n. 21.

Pe-

# *Poſit: V.*

**In poſſeſſorio ſummariſſimo nulla nec Leuteratio nec appellatio admittitur (α) quamvis vel maximé de poſſeſſione jurisdictionis litigetur (β) niſi ſententia lata gravamen irreparabile inferat. (γ)**

(α) Etſi enim in foro Saxon: indifferenter appellatio & Leuterratio à quibusvis ſententiis ſive interlocutoriæ ſive definitivæ ſint permittuntur, vid. Carpz. p. 1. C. 19. Def. 23. num. 4. ſeqq. tamen ſi de poſſesſione & ejus momento cauſa dicatur, contra ſententiam interpoſita, hæc nihilominus ſuum ſortitur effectum L. un. C. ſi de moment poſſeſſ. fuer. appell. jung. die Cammer Ger. Ord. de auno 1500. p. 2. tit: 21. §. Ob auch &c. Ratio eſt, quod poſſeſſorium momentaneũ requirat celeritatẽ & brevitatem, quam admodũ impediret appellatio & ei ſimilis Lèuteratio vid. Hahn. ad Weſemb. tit. de Appell. n. 8. Quam ſanctionem juris civilis judices Saniores etiam num hodiè ſequntur, ex uſu fori appellationem vel Leuterationem tali caſu non admittentes ne quidem quoad devolutionis effectum vid. iterum Carpz. lib. 1. Reſp: 13. n. 24. Nec obſtant Cap. Cum ad ſedem 15. X. de Reſtit: Spol. Cap. Accedens 2. X. Ut litem non conteſt. & Clem. un. de Sequeſtr. poſſeſſ. & fruct. uti diſcurſus monſtrabit.

(β) Statuit quidem Carpz. lib. 1. Reſp. 14. n. 11. quod, ſi ſuper poſſeſſione jurisdictionis litigetur in ſummaryſſimo etiam remedia ſuſpenſiva & devolutiva admittantur: interim quoniam nullam ſolidam exceptionis rationem addidit, in̄ regula hactenus rectè permanemus: neq; enim ulla hic inter poſſesſionem momentaneam jurisdictionis & aliarum cauſarum reprehenditur diverſitas.

Vid.

(β) Vid. Bernhardus Gravæus Concl. Practicabl: p. 1. Concl. 7. Conſid. 2. n. 8. Damnum autem irreparabile in poſſeſſorio ſummaryſſimo ſubeſſe dicitur tum, quando actor in libello ſeu imploratione ſimul petiit reſtitutionem damni intereſſe & expenſarum. Tunc etenim parti per Sententiam in ſummariſſimo latam gravatæ tum ſecundum petita pronunciavit judex, appellationis vel leuterationis beneficium denegandum haud eſt, quoniam eadem inſtituto poſtea poſſeſſorio otdinario vel petitorio, licet in eo obtineat, damna tamen intereſſe & expenſas recuperare nequit. Rauchbar. p. 2. qu. 6. n. 58. Carpz. lib. 1. Reſp: 18. n. 5. ſeqq. Et ita cònſulenti cuidam in Facultate noſtra non ita pridem reſpondimus.

## *Poſit: VI.*

**Officialis vel adminiſtrator ſi proprio nonomine contraxerit & ſe obligaverit (α) de ſuo tenetur, conveniri & condemnari poteſt. (β)**

(α) Utpote ſi citra ullam mentionem officii ponendo tantum nomen ſuum in obligatione vel literis campii ſeſe obligaverit, vel fidem ſuam pro domino obſtrinxerit, quorſum ſpectat L. 67. de Procur. vid. Sand. lib. 3. tit: 7. Def. 1. adde Böer. Deciſ. 273. vide ulterius Berlichium p 1. Deciſ. 14. Secus ergo res ſe habet ſi officialis qua talis intuitu officii fidem ſuam obſtrinxerit; tum enim dominus ipſius obligatur. Ea enim eſt communis omnium qui adminiſtratores conſtituunt obligatio, ut teneri velint ex ipſorum factis quatenus adminiſtrationem demandatam concernunt, Mævius p. 3. Deciſ. 229. n. 6. Ita ſi contrahens in obligatione & contractu vel perſonam ſui principalis vel negotium & cauſam, quam adminiſtrat verbis diſertis exprimat, propriam ſuam perſonam haud

haud obſcurè exemiſſe cenſetur Carpz. lib. 4. Reſp. ult. n. 6. Unde characterem qvaſi generalem hunc conſtituit Berlichius p. 1. Deciſ. 15 n. 6. ſequentibus verbis: *Ubi cunq; ſit mentio officii in aliquo inſtrumento tunc qvis non proprio nomine; ſed ratione officii contraxiſſe & promiſiſſe cenſetur.* Nec cerebrina iſta regula eſt; ſed oppido ſtabilitur per L. ult: ff. de inſtit: act. ubi inſtitor Terminalis qvi appoſito nomine officii epiſtolam obligatoriam Felici miſit, mortuo domino conveniri haud poteſt., adjecta ratione quia magis ad fidem menſæ præſtandam quam ad ſe obligandum epiſtolam ſcripſit. Pariter ex adverſo ſi procuratori tuo mutuam pecuniam dedero tui contemplatione, ut creditorem tuum vel pignus liberet adverſus te habeo actionem, adverſus eum, quocum contraxi, nullam. L. 6. §. 1. de Neg. geſt. Neq; id ſine ratione conſtitutum cenſendum. Actus enim agentium non operantur ultra eorum intentionem L. non omnis 19. & L. ſi tibi pecuniam 20. Si cert. pet. Neq; Officium ſuum alicui debet eſſe damnoſum. arg. L. 2. de neg. geſt. Sand. lib. 3. tit. 7. Def. 1. Et hoc in tantum procedit, ut Doctores exiſtiment, quod Officialis in dubio contemplatione officii contraxiſſe præſumatur, & hinc eodem officio finito conveniri & ut de ſuo ſolvat, condemnari nequeat. Bartol. ad d. L. fin. ff. de inſt: act: Carpz. dict. Reſp. ult. n. 6.

(β) Hanc in rem ſunt boni textus in L. cum poſt mortem 43. §. 1. ibi: Reſpondi curator cum officium ſuum egreſſus ſpontè ſe obligaverit, non puto ei à Prætore ſubveniri debere, ff. de Admin. & per. tut. L. 5. §. 1. Quando ex facto tut. l. cur. minor. &c. Ubi diſertè traditur, quod tutor qui pecuniam ſe ſoluturum cavit, in quam Pater pupilli condemnatus fuerat, poſt tutelam finitam eo nomine conveniri nequeat. Sed ſubnectitur ſtatim caſus diverſus his verbis: *Non idem in eo placuit, qvi ſuo nomine mutuam pecuniã accepit & judicatũ pro pupillo fecit. Hic enim omnino depoſito qvamvis officio & ex obligatione propria tenebitur.* Jam quicquid hac parte quoad tutorem


juris

juris eſt, id in Officiali & adminiſtratore pariter obtinet. Quod etiam L. Curatores 3. §. 1. de adminiſtrat. rer. ad civit. pertinent. ſatis comprobat, ubi adminiſtrator qui pecuniam quam Reſpubl. debet creditori novatione facta cavit poſt depoſitum officium rectè conveniri adſtruitur. Jung. cit. L. 67. ibi *fidem ſuam adſtrinxit.* ff. de Procurat. Et ratio eſt, quod procurator & adminiſtrator qui ſe ipſum alii obligavit proprio nomine terminos officii ſui exceſſiſſe & extra hoc contraxiſſe cenſeatur. Nec bona fides aliud patitur, ſiquidem alter quocum contraxit adminiſtrator, hujus perſonam non officium ejus ſpectavit. Adeoq; hujus prætextu decipi haud quaquam debet Conf. Sande cit. lib. 3. tit. 7. Def. 1. Berlichius p. 1. Dec. 13. n. 78. Ubi ſcabinos Libſienſes ita pronunciaſſe refert & part. 2. Deciſ. 252. n. 26. Nicol. Böer. cit. Deciſ. 273. n. 5. v. Et reſpondent ambo &c.

## *Poſit: VII.*

**De bonis immobilibus quoties poſſeſſor mutatur, magiſtratui oppidano laudemium debetur, ſi conſuetudine ita ſit receptum.** (α)

(α) Quamvis enim laudemium domino ſolvatur directo, qui univerſam rei utilitatem alii concedendo jus directi dominii ſibi reſervavit vid. L. fin. C. de. jur. Emph. Franzk. Tr. de laudem. cap. 7. n. 4. bona vero civium immobilia utpote ædes, agri, pro bonis emphyteuticis Ludov. à Pegvera Deciſ. 159. n. 1. Joh. Petr. Surdus Deciſ. 31. n. 6. haberi nequeant, præterea laudemia odioſa admodum atq; hinc haud ampliandа ſint. Carpz. lib. 1. Reſp. 88. n. 25. 26. & ita potius interpretatio facienda, ut eadem non debeantur. Aymo Cravetta Conſil. 464. n. 7. tamen iſta principia à conſuetudine hactenus vincuntur, quippe quæ ſicut in pleriſq; aliis ita & in Laude-

miis perſolvendis potiſſimum attendenda. Hartmann. Piſtor. part. 1. qv. 50. n. 62. Modeſtin. Piſtor. part. 1. qv. 37. n. 9. 10. Ludolph. Schraderus de Feud. p. 10 Sect. 2. n. 49. A conſuetudine enim tota [illegible] laudemiorum natura dependet & ab ipſa extenditur, qualificatur & limitatur. B. Caſpar Ziegler. Sen. ad aur. Pr[illegible] Concl. 1. n. 312. jung. Franzk. Tr. de La[illegible] 2 [illegible] conſvetudine tanquam arte Chy[illegible]ca al[illegible] nigrum [illegible]ibet. Accedit quod Laudemia non ſolum æſtimationis & valoris fructuum feudi & loci; ſed etiam turris & ædificiorum præſtentur, Nicol. Böer. Deciſ. 19. n. 3. Quod eò magis procedet, ſi tempus diuturnum & immemoriale ſupervenerit: Præſcriptio etenim immemorialis vim privilegii & conceſſionis habet nec in ea tituli allegatio requiritur Myns. Cent. 1. Obſ. 30. Gail. lib. 1. Obſ. 21. n. 15. Didacus Covarruvias lib. 1. Reſol. cap. 17. n. 11. & magiſtratus modum in qvantitate ejus non excedat: utpote 1. florenum pro 100. accipiendo. Siquidem in emphytevſi adhuc plus & quidem quinquageſima pars ju[illegible]i pretii loco laudemii præſtari debet L. fin. C. de Jur. emphyteut. Coler. p. 1. Dec. 33. n. 12. Perez. ad dict. t. Cod. n. 7.

## Poſit: VIII

**Tabernam (α) bene inſtructam aut apothecam refertiſſimam (β) poſſidens á ſatisdationis onere meritó liberatur, (γ) niſi ſit obæratus & ſuper bonis ipſius concurſus jam formatus. (δ)**

(α) Quamvis enim in foro noſtro Conſtitutio 5. part. 1. ſi verba ipſius ſpectes, illum ſaltem actorem ſatisdationis onere ſublevet, qui in terris Electoratus Saxonici bona immobilia poſſidet; tamen ſi ſcopus & intentio iſtius ſanctio-

nis ſpectetur, in eo videbatur conſiſtere, ne actor actione cadens fugam arripiat & reum expenſis ac reconventione fruſtretur. Qui finis in mercibus ejusmodi multis æquè obtineri poteſt; quippe quæ non facilè occultari aut de loco in locum transferri queunt, ut hinc iſtæ res immobilibus ferè æquiparentur. Mevius c. l. Carpz. p. 1. Conſt: 5. D. 19. n. 1. ſeqq. Jac. Schultes Obſerv: 19. n. 2. Idem dicendum erit de bibliothecæ numeroſæ poſſeſſore; quia & hic fugæ ſuſpicionem non facilè incurrit. Schult. c. l. num. 13. jung. Mevium ad jus Lubec. lib. 3. tit. 5. art. 5. n. 25. ſeqq.

(β) Tenuis ergo taberna vulgò ein Sonnen-Krahm & vilis qvælibet apotheca à ſatisdatione non relevat. Schultes cit. l. n. 3. Sicut ex adverſo gemmarius ex eo ſolo, qvod gemmas ingentis pretii ſecum circumfert à ſatisdando non erit immunis. Cum enim modica capſura eas continere qveat, facilè hanc ſecum aſportare & in fugam ſe conjicere poteſt.

(γ) Rationem jam ſupra Lit. α. ingeſſimus, qvam uberius deductam vide apud Carpz. in Proceſſ. tit. 9. art. 5. n. 128. ſeqq. Mevium c. l. n. 25.

(δ) Non enim ſimpliciter poſſeſſor multarum mercium ab onere ſatisdationis liberatur, ſed oportet cumprimis eum eſſe frugi & bonæ famæ & de fuga non ſuſpectum, nec bona iſta æri alieno obnoxia. vide Mevium cit. l. n. 25. Dn. Nicolai ad Proceſſ. Frider. p. 1. c. 36. n. 9. Qvod de mercatore, circa cujus bona plures Creditores concurrêre & arreſtum fortè jam impetraverunt, dici neqvit.

## *Poſit: IX.*

**Exceptio primæ Inſtantiæ, (α) quamvis à reo non opponatur, (α) á judice ſuperiori ex officio ſuppleri poteſt. (γ)**

Plures

(α) Plures dari inſtantias in vulgus notum eſt. Præprimis verò in provinciis Saxonicis cumulationem inſtantiarum cernere licet. Nam & tertia quandoq; appellatio admittitur: ſi nempe contingat à ſententia Nobilis Ambtſaſſii vel civitatis ejusmodi ad quæſtorem Præfecturæ Electoralis, deinde ad Curiam provincialem & tandem ad ſupremum Principis tribunal provocari. conf. Carpz. Tr. de Jurib. Fœminarum ſingular. Dec. 9. Poſit: 6. n. 6. Et verò plures habere inſtantias vel propterea intereſt, ut quæ jura in prima haud deducta fuerunt, in ſequentibus adhuc deduci & probari queant Carpz. lib. 2. Reſp. 16. n. 3.

(β) Dum ſcil. citatus in termino non comparet. Nam ſi aliis reus comparens exceptionibus utatur, allegatione primæ inſtantiæ omiſſæ, in judicem cenſetur ipſe conſenſiſſe & ideo ad hanc defenſionem reverti nequit. L. Sed etſi 52. pr. ff. de judic. Zanger. Tr: de Except. p. 2. c. 1. n. 4.

(γ) Exceptio enim notoria, utut à reo non allegata à judice tamen ex officio ſuppleri debet. Zanger. Tr. de Except. p. 3. c. 26. n. 16. Et quamvis in Ordinat: Appellat: Electorali Tit: Wer vor unſer Appellation Gericht geladen &c. allegatio ejusmodi exceptionis omninò requiri videatur in verbis: So wollen wir &c. das dieſes auch in unſerm Appellation Gerichte in gebührende Acht genommen und derwegen die Partheyen welche nicht ohne Mittel unter uns / ſondern unter denen Aemptern oder andern Gerichten geſeſſen auff ihre eingewandte exceptiones an ihre ordentlichte Unterrichter widerumb gewieſen werden ſollen &c. Conſtitutio tn. D. Auguſti de anno 1555. Rubr. Daß niemand unerſucht der ordentlichen Gericht vor welche die Sache gehörig ohne Mittel Clage an unſern Hoff gelangen laſſe / ejusmodi exceptionis oppoſitionem haud deſiderat, ſed ſimpliciter ſupplicantium preces ad competentes easq; primas inſtantias remittit, per clara ejusmodi Conſtitutionis verba:

Da

Da ſich unerſucht der ordentlichen Gerichtshaber iemand an unſerm Hoff zu klagen unterſtehen würde / ſo ſoll deſſen Supplication nicht angenommen / ſondern Er damit an gebührliche Orth erſtlich geweiſt werden. Ut hinc dubitandum non ſit, judicem ſuperiorem oppidò & ſine ulla adverſæ partis audientia ejusmodi ſupplicationes & libellos ad ſe properè delatos rejicere & pronuntiare poſſe. Daß dieſe Sache noch zur Zeit anhero nicht gehörig. Id qvod æquiſſimum eſſe videtur, arg. L. 21. pr. ff. de Appellat: Juſtitiæ namq; ordo confunditur, ubi Jurisdictio ſua cuiq; non relinquitur. Can. pervenit in fine cauſa II. quæſt. 1. Et ſi quis inferiorem competentem non adierit & ad ſupremum venire tribunal præſumpſerit, remittendus eſt cum omni correctione & reſponſum eidem haud dandum Novell. 17. c. 3. in fin. conf. B. Dn. Ziegler. Senior. ad aur. Prax Calvoli §. Schrifftſaſſii Concl. 1. Unde facilè patet, puod allegata verba in Ordinat. Appellat: non reſtrictivè ſed exemplificativè potius ſint exaudienda. Nam & quamvis vel maximè pars jure ſuo in opponendo exceptionem primæ inſtantiæ uti nolit; tamen remanet intereſſe judicis inferioris, cujus forum præteriri non debet. Ut taceam judicem ſuperiorem cauſis nimium multis obrutum iri, ſi inſtantiæ primæ, quæ tamen ad eundem ſublevandum potiſſimum ordinatæ ſint, prætereantur.

## *Poſit: X*

**Septem dies qui præcedunt & ſeptem qvi ſeqvuntur feſtum Paſchæ & feſtum natalis Domini & Epiphaniæ [α] ſanctè hodienum ſunt obſervandi, actusq; judiciales per iſtud tempus peracti omninó irritandi. [β] Ex adverſo autem**

tem-

tempus quadrageſimæ cognitioni etiam criminali juxta mores hodiernos non officit. [γ]

(α) Eſt enim L. 2. C. de fer. hac parte plana, quæ nullibi reperitur abrogata. Benè hanc in rem commentatur Robertus Marantha in Specul. aur. p. 4. Diſt: 16. n. 82. his verbis. *Qvæ autem feriæ ſint in obſervantia ad honorem DEI vid. Abbat. in c. conquæſtus de fer. & inter alia dicit Ab. in 3. colum. Qvod tota ſeptimana ſancta & omnes illi dies infra octavam Paſchæ ſunt feriati ad honorem DEI. &c.*

(β) Judicium enim nullum eſt, qvando agitatum in tempore vel die feriato maximè ad honorem DEI. vid. d. L. 2. C. in fin. Maranth. cit. l. n. 81. Atq; hinc non ita pridem executionem in cauſa civili die Martis hebdomadis Palmarum factam per ſententiam memini fuiſſe caſſatam.

(γ) Licet enim jure civili tempore qvadrageſimæ cognitiones criminales omnes ob memoriam paſſionis Dominicæ eo tempore recolendam reperiantur prohibitæ L. qvadraginta 6. C. de fer.; tamen ſanctio hæcce uſu hodierno vix obſervatur vid. Clar. §. fin. Pract. Crim. qvæſt. 50. n. 3. Brunnem. ad d. L. 6. C. de fer. Wiſſenb. ad eund. tit. §. 1. Perez. ad d. t. n. 8. ubi hæc habet: *Qvanqvam hodiernus uſus non ſervet d. L. 6. nam de omni cauſa in qvadrageſima licet experiri & jure agere,*

*exceptis feriis ordinariis: Attenditur enim illud Pſalmiſtæ, Beati qvi faciunt juſtitiam in in omni tempore adeò ut etiam in feriis, cum periculum eſt in mora, licitè fiat areſtum & reo fugitivo manus injiciatur detineaturq́; ſuſpectus à creditore. Petr. Pechius de jur. ſiſt. cap. 10.* Atqvi & intra qvadrageſſimam torqventur ſæpius & puniuntur ſcelerati. Hahn. ad Weſenb. tit. de Fer. num. 5.

## *SOLI DEO GLORIA!*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-540266-p0020-3

HUMANISSIMO JUVENI,

# GOTTFRIDO KIRMESSERO,

## Freibergâ Miſnico,

## *Juriſperitiæ periculum facienti,*

## C. S. SCHURZFLEISCHIUS.

OBlectant fori ſtudia, & abs te certamen impetrant, in qvo & copiam doctrinæ oſtendis, & vires ingenii experiris. Sæpe recordor tuæ conſvetudinis, & nullam officii partem à te neglectam ſcio, & ſubinde etiam recogito incredibilem patientiam, qvam nec ſumtuum difficultates vel leviter unqvam labefactârunt. Diu patre orbatus, præſidiisq; deſtitutus, qvid agat, qvorſum ſe vertat, qvomodo ſe expediat, & unde facultates copiasq; nanciſcatur? Hæc verò omnia, quamvis perpeſſu gravia, te conſtantem & firmum non frangere, & doctrinâ moribusq; conſentientem non inflectere potuerunt. Vix nomen apud nos profeſſus es, cum probitas modeſtiaq; tua placerent, & multos, nec obſcuri nominis amicos tibi conciliarent. Mox Conſultiſſimus STRAUSSIUS te ſocietati domeſticæ aſcriptum fovit & amplexus eſt, prudentiamq; juris, & fori artes uſu docuit, & exemplo commonſtravit. Multis divitiæ obſiſtunt, tibi fortuna tenuis maximè profuit, viamq; laudis aperuit, & multa eruditionis adjumenta attulit, longiusq; provexit, quàm ceteri putârant. Proinde ſingulariter te diligo, & quibus poſſum officiis proſeqvor, virumq; curiæ idoneum ſpondeo, qvi clientes & conſilio juvet, & autoritate ſuâ defendat.

Vitembergæ Kal. Mart. A. clↄ DC XXCIIII.

Pinda=

# Pindariſche Ode.

Satz.

Fleiß erſteigt den Ehren-Thron/
Arbeit kan den Sieg erhalten.
Wer auff unſrem Helicon
Wil die grünen Lorber Spalten/
Der muß nach der Spitze dencken/
Und ſich / wie die Flamme pflegt/
Wann ſie aus der Aſche ſchlägt/
Immer nach der Höhe lencken:
Denn was Lob und Ruhm erweckt/
Hat die Tugend hoch geſteckt.

Gegen-Satz.

Müßiggang muß unten ſtehen/
Faulheit träget keine Cronen/
Wer wil mit Vacunen gehn/
Den wird Pallas nicht belohnen:
Bäume / die ſich zeitig beugen/
Eh ſie noch zur Krafft gebracht
Brechen offt in einer Nacht/
Und vergehn mit Stamm und Zweigen:
Denn die Faulheit haßt die Lufft/
Und wohnt lieber in der Grufft.

Nach-Satz.

Herr Kirmßer hat durch Fleiß den Ehren-Thron erlangt/
Was kan der Neid darwider bringen?
Der unverwelckte Schmuck / wormit die Themis prangt/
Soll ſich umb ſeine Schläffe ſchwingen.
So muß doch gegen Kunſt / Gunſt / Geld und Stand noch
ſchweigen / (gen.
So kan durch Demuth / Witz / und Fleiß ein Armer ſtei-

Dem Hn. Reſp. als angenehmen Tiſch-Purſchen
gratulirte hierdurch
**Gottfried Wagner / des Rahts / Churfl.**
Sächſ. Ambts- und Criminal-Advocat, Scholarcha,
Gerichts. und des geiſtl. Conſiſt. Procur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-540266-p0023-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-540266-p0024-6

ULB Halle 3
006 682 006

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-540266-p0025-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-540266-p0026-7

URIDICA

# ONES

# ORENSES

J Ctotum Ordine

DE

*SSIMO, EXCELLEN-*

*LTISSIMO*

O

TRAUSSIO,

ore Witteb. Cele-

n. & Princip. Serveſt.

Curiæ Elector. Sca-

is Juridicæ As-

o &c.

*motore ſuo æter-*

*ſuſpiciendo*

Ctorum

LXXXIV.

*et*

reib. Miſn. NP.C.

nn.

*udebat* ANDREAS Ball.

1684 15
18
53.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-540266-p0027-2